



E x c e r p t a
ex
s c h e d i s c r i t i c i s

Jacobi Leopardii, Comitis.

Jacobus Leopardi, cujus nomine inter poetas aequae ac pedestris orationis scriptores elegantiores hodie vix aliud majus, quam felicia in Romanis quoque et Graecis litteris studia collocaverit, non incognitum quidem erat apud externos *), sed ratio eorum atque amplitudo ignorabatur. Cujus ut ego potissimum lectoribus nostris existerem interpres, fecit primum honorificentissima, quae me dignatur vir ill., amicitia et scriptorum de rebus philologicis suorum communicatio omnium, deinde vero (quod erit quando luceant harum litterarum amantes!) inhibita ob valetudinis infirmitatem studiorum haec via operosior.

Puer admodum perspexerat quam manca sit et imperfecta apud Italos suos antiquarum litterarum institutio: quare ex ipsis scriptoribus perpetua lectione hauriendum esse quicquid de antiquitate

*) Instar omnium erit quod in memoriam lectorum revocamus testimonium summi *Niebuhr*, in praef. ad Fl. *Macrobaudis* carmina, ed. 2, p. XIII: „Comes J. L., Recanatensis Picens, quem Italiae suae jam nunc conspicuum ornamentum esse, popularibus meis nuntio; in diesque eum ad majorem claritatem perventurum esse, spondeo; ego vero, qui candidissimum praeclari adolescentis ingenium, non secus quam egregiam doctrinam, valde diligam, omni ejus honore et incremento laetabor.“

possit sciri. In hac igitur a duodecimo fere ad vigesimum sextum aetatis annum quae chartis suis mandaverit, quae fuerit molitus ad illustrandas Graecarum praesertim litterarum partes obscuriores vel ad colligenda ex ingenti earum naufragio tabulata, paucis exponemus. Ad finem perducta opera, sua omnia manu accuratissime scripta, haec fere nobis credidit vir eximius: *Porphirii Vitam Plotini; Commentarii de vita et scriptis rhetorum quorundam qui secundo post Chr. saec. vel primo declinante vixerunt, ad calcem adjectis et observatt. illustratis vett. aliquot opusc.* 1814, qui ei erat decimus sextus aetatis. *Saggio sopra gli errori popolari degli antichi*, 1815, admirandae lectionis et eruditionis opus: verum amplitudine multum superatur alio, non plane sed paene absoluto, *Collectione fragmentorum 55. Patrum*, quam in litteris ad me datis magna laude ornavit harum rerum arbiter eximius, cl. Thilo, prof. Halensis. Ad medium fere perductus est *commentarius* doctissimus *in Iulii Africani Cestos*. Accedit ingens schedularum copia, quae *observationes* continent *in scriptores plurimos*. Ex his depromsimus quaedam, quae nondum erant ab editoribus occupata: emendationum autem a Bentlejo, Reiskio, aliis criticis viro optimo occupatarum ut numerus est permagnus, ita reliquis magnae est commendationi. Mentionem fieri oportet praesertim *Platonis, Dionysii Hal., Frontonis, Demetrii Phal., Theonis soph.*, in quos scriptores plurima viri praestantissimi observata penes nos sunt; praeterea collectiones grammaticae plenissimae de structura et usu vocum *ἄλλος* et *ἄλλως, ἕξῃς, πλέον* et aliorum comparativorum apud seriores, de praepos. *παρά* signif. *propter*, de *ἰδιός, ἰδιότης, ἰδίως* signif. *singularis, mirabilis*, et al. Etiam quae prius edita erant, *Discorso sopra Mosco*, in *Spettatore* overo *Mescol.* 1816, 57, pag. 173 sqq., *Discorso sopra la Batracomiomachia*, ibid. 43, p. 50 sqq., *Della fama avuta da Orazio presso gli antichi*, ibid. 66, p. 133 sqq., de *Philonis Iud. Sermonib. tribus ineditis* in *Effemeridi lett. di Roma* 1822, t. 9, p. 257 sqq., de *Cic. libris de Republ.*, ibid. p. 333 sqq., de *Eusebii chron. ex Armen. ed.* ibid. 1833, t. 10, p. 101 sqq., et alia, ea posterioribus curis multum aucta mihi tradidit vir ill. Omnia haec, ut res fert, vel integra vel excerpta, volente auctore excellentissimo, typis data occasione mandabimus; brevem au-

tem hanc observationum quasi promulsin, quae nobis iudiciis neque novitate caret neque probabilitate, acqui bonique consulas,

Dr. L. de Sinner.

Descriptio codicis Bibl. Barberinae Graeci n. 392.

Bombycinus, Saec. XVI, non una manu exaratus, perquam lacer, multis foliis artificiose chartae solidiori impositis, nihilominus lectu difficillimus, hic illic adeo plane deleta scriptura; ab initio truncatus. Post lineas aliquot deperditi opusculi incipit *Σύγκρισις Αἰσχίνου καὶ Δημοσθένους*, diversa ab ea quae inter Libanii opera exstat. Hinc ad fol. 5 rectum sequuntur *συνκρίσεις* hae: *Ἡρακλέους καὶ Σαρπηδόνης, δειλίας καὶ ἀργίας, ναυτιλίας καὶ γεωργίας* (diversa ab Libaniana), *θέρους καὶ χειμῶνος, ἐλαίας καὶ φοίνικος, Χιμαιράς καὶ Κενταύρου, ἐλαίας καὶ ἀμπέλου, λιβάνου καὶ δάφνης, Περικλέους καὶ Θεμιστοκλέους, Αἰνείου καὶ Ἑκτορος, Διομήδους καὶ Αἴαντος, Περικλέους καὶ Δημοσθένους*. Has excipit *ἡθοποιῶν* definitio Hermogenis. A fol. 5 verso ad fol. 11 rect. *Ἡθοποιῶν*, diversae omnes ab iis quae apud Libanium habentur, licet aliquot eodem sint argumento. Prima est: *τίνας ἂν εἴποι λόγους ὁ Ζεὺς Ἄρεα δεσμώντην ἔξ Ἡφαίστου θεώμενος*. Sequuntur a fol. 11 recto fin. usque ad fol. 18 rect. *Ἐκφράσεις*, partim editae a Morello in vol. 2 Libanii (v. Fabric. B. Gr. vol. 7, p. 385 ed. pr.), partim ab Allatio in Excerptt. rhett. ut ejusdem Libanii (v. Fabr. l. l. p. 410) editae. Ex iis una sola, quantum memini, inedita, fol. 16 recto, *Ἐκφράσις Αἴαντος*. Fol. 18 rect. ad vers. med. *Θέσις εἰς τειχιστέον τὰς πόλεις*, tamquam Libanii edita ab Allatio p. 382 sqq. Inde usque ad fol. 19 rect. *Κατηγορία νόμου τοῦ κελεύοντος τὰς τῶν ἀδελφῶν γαμετὰς γαμεῖν*, edita ab eodem p. 392 sqq. Libanii nomine. Fol.

19 recto titulus: *Λιβανίου μελέται προγυμνάσματος*, inde *συγκρίσεις* Libanianae omnes, denique quatuor, ejus *ἐκφράσεων* (fol. 50 verso ad 51 vers.). Omnia haec habentur in Morelli Libanio. A fol. 55 verso usque ad 61 vers. fabulae aliquot et *διηγήματα* Nicephori Basilacae, quorum pars eodem nomine edita ab Allatio. A fol. 61 versi fine usque ad 64 vers. *Ἀνασκευή* et *Κατασκευή* de Atalanta. Inde ad fol. 65 rect. Chria de sententia aliqua Sophoclis tribus jambicis versibus comprehensa. Post hanc usque ad fol. 101 rect. Pselli varia Opera. Quae sequitur usque ad fol. 103 versi fin. Aristidis oratio in M. Antoninum imp., et Panegyricus M. Aurelii: inde ad fin. fol. 112 recti ejusdem Aristidis oratio ad Rhodios de concordia. Hanc excipiunt usque ad finem codicis, etiam hic truncati, alia opera Pselli varia.

Quae cur tam accurate simus persecuti, jam apparebit. Duas collectio Barberina *συγκρίσεων, ἡθοποιῶν, ἐκφράσεων* series praebet, quarum altera solummodo Libanio sophistae tribuitur; prior vero quin ab eo, cui hic ordo debetur, alius fuerit auctoris habita, dubitari non potest. Nihilominus, quod modo significatum est, Allatius et Morellus hujus etiam seriei opuscula aliquot, nescio quo indicio ducti, in Libanii opera receperunt: ac profecto saeculi XVI, ut videtur, manus Libanii nomen hisce codicis nostri *ἀδεσπότοις* adscripsit, conjectura, ut videtur, a scriptionis similitudine ducta. Quare augetur etiam dubitatio. Accedit quod Allatius *ἐκφράσεις, θέσιν* et *κατηγορίαν νόμον*, deinde Nicephori Basilacae fabulas et *διηγήματα* ex hoc ipso videtur codice protulisse: v. ej. praef. Quod si ita factum est, Libanii operibus eximenda esse quae modo commemoravi opuscula apparet. De ceteris autem quam parum vel inter ipsos illos duumviros conveniat, vel inde videas, quod secunda quae Libanio tribuitur *ἡθοποιῶν* ab Morell. in vol. 2, ab Allatio p. 227-230 editur tamquam Severi Alexandrini. (Cf. Fabric. Bibl. Gr. vol. 7, p. 411-412.) Neque in Reiskii editione quicquam

vel dubitationis motum vel certi indicatum reperias. Ceterum quae a principio cod. usque ad fol. 11 rect. leguntur, quod sciam, inedita sunt, nisi forte inter tot Pselli opera latent, quae percurrendi otium non erat. *Ἀνασκευὴν* autem illam et *κατασκευὴν* et insequentes exercitationes Nicephoro Basilacae tribuere non dubito, quod alia ejusdem opuscula nullo interjecto nomine auctoris sequuntur. Quae Libanio dantur, fieri potest ut sint Nicolai, de quo v. Fabric. Bibl. Gr. t. 7, p. 385, et reperiantur vel cuncta vel pars eorum in cod. Barocciano n. 131, quem memorat idem Fabric. l. cit.

Libanius. (In ea quae exstant in Theonis Progy-mnasm. ed. Basil. 1541.) Ed. Reisk. vol. IV. P. 856, 24 leg. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλοις βασίλειυσιν (add.) εἴ τις ἀντι-βλέψειεν, ἀδίκημα νενόμισται. — 862, 4 leg. vid. τῶν λοι-πῶν ἀνθρώπων (add.) διαφέρειν. — 863, 2 leg. τό τε μὴ σιωπῆσαι καὶ τὸ εἰπεῖν (add.) πόθεν etc., coll. 862, 25; 864, 9. — Ib. 8 fort. νοῦν ἔχοντος εὐρήσομεν. — 870, 8 fort. καὶ δεῖ ταύτην λυθῆναι. Ἀὖ et κωλίω saepe per-mutata. — 872, 27 leg. τοὺς δὲ τῆς Ἀήμητρος καρποῦς (add.) οἱ γ. — 874, 23 fort. ἀλλὰ θέλγει (pro τελεῖ) τὰς ψυχὰς etc. — 882, 9 legitur δεόμενος αὐτοῦ μέμψασθαι τὰ γεγενημένα καὶ δίκην λαβεῖν etc. Fort. ἀμύνασθαι. (Reisk. ἀμείψασθαι.) — 883, 19 leg. τοῦτο δὲ οὖν ἐφνύα-ξαιτο ἂν καὶ σώματος ἐνὸς ἐπρίατο etc. — 887, 11 legitur δ' νοῦς δὲ ἄτε ἐπεχείρησεν. Legend. γνούς. (Reisk. ἔννοους.) — 900, 7 leg. τῶν ἀδικημάτων τὸ κεφάλαιον, pro ἀτυ-χημάτων. — Ib. 30 leg. κεχρημένον. — 905, 8 legitur του μηδένος ἄξια τολμήσας ὅσα διῆλθον. (Reisk.: »Immo vero νομίσας, aut alias leg. τολμ. ἡγεῖσθαι.«) Lege τιμήσας, aut adde ἡγεῖσθαι vel simile aliquid. — 905, 21 leg. ἔνα ὑπὲρ (pro ὑπ') ἐκείνων πάσχειν ἔδει. — 906, 9 leg. ἦν σώζειν ἔσται, pro ἔδει. — Ib. 21 leg. fort. εἰς τοῦθ' ἤκειν. — 932, 9 fort. καὶ τὴν γνώμην ἔθρεψεν, pro εὐώμην. —

934, 25 leg. videtur ὁ παροινεῖν τολμήσας καταφυνύγει, pro νομίσας. — 936, 1 delendum est νεκρῶν, glossa. — 962, 19 sqq. leg. καίτοι ὅστις ἂν . . . ἔππου, καὶ περὶ etc. — 992, 9 leg. δεηθέντας δὲ τὴν γῆν etc. — 994, 11 leg. videtur δοκιμάζων στρατιωτῶν εὐψυχίαν vel εὐψυχίας. — 997, 14 fort. τό, τε ἄστυ τῶν δυσμενῶν ἐξεπολιόρησε. — 1013, 6 dele ἀρετὴν. — 1014, 8 distingue δεξιάν, τόξον φέρειν διδάχθεισαν, τὰ τῶν παρθένων ἐργάζεσθαι. — 1046, 2 fort. τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῖς, et l. 4 τοῖς ὅπλοις ἰσχύοντες. — 1047, 5 leg. ἐκατέρους pro ἀμφοτέρους. — Ib. 29 Ἀννηθείς. Supple πληῆξαι, quod fugit Camerarium. — 1051, 18 dele distinctionem ineptam post μέθης: nam ὦν ἐπεπόνθει etc. cum seqq. jungendum, αὐτὸς μὲν εἰδὼς οὐδέν. — 1058, 9 leg. τοὺς μὲν, εἰ (add.) οἷον τε, μεταστήσωμεν. — 1059, 6 fort. πάντως, et l. 10 ὅστις οὖν ἀπ' cett. — 1063, 2 legitur τὴν ἐναντίαν τύχην ἐφέλκεται. Immo δόξαν. — Ib. 4 distingue ante τὸ γύναιον, accus. — Ib. 8 fort. ταῦτα πάντως ἀκολουθοῦντα τῷ γάμῳ.

Antigonus Carystius. De mirabilibus. Excerptorum collectio et initio et fine mutila, olim longe major, aequae ac Phlegoutis et Apollonii libri, omnes ex uno cod. Palat. a Xylandro editi. Quam ita instituit auctor, ut in quavis re, e. c. in animalibus, lapidibus, fontibus, primum sibi deligeret eum scriptorem, qui plurima ipsi suppeditaret, deinde ab aliis quae sparsim narrarentur de eadem re subiceret: quare factum est, ut, rerum licet ordinem sequatur, nihilominus eadem pluribus tractentur in locis. Sic de animalibus Aristotelica refert a cap. 32 ad c. 127; ex aliis autem scriptoribus alia de animalibus addit usque ad c. 143. Hunc rerum disponendi modum seu legem si advertimus, nascitur suspicio capitis 136 init. ac totum c. 140 ab alia manu posterius fuisse adjectum; quid? quod eadem probare praeter alia videtur, verum libri initium periisse, quippe qui *variorum* scriptorum excerptis incipiat, rerum tantummodo ordini

adstrictis. In singulis Beckmanni editio plurima orationis vitia reliquit: quorum pars ob rerum praestantissimam explanationem facile tollitur. Quare pauca tantum ejusmodi subjicimus. Cap. 12, p. 22, l. 6. Beckm. leg. *συγκατακλιθεῖσαν αὐτῇ ἀφανισθῆναι* pro *αὐτήν*, lin. 12 *παρακαταθέσθαι* pro *παραθ*. C. 66 extr. locus corruptissimus ita videtur legendus: *Πρὸς τὴν ἡμετέραν ἐκλογὴν ἐπιποιεῖ* (facit) *τῶν προειρημένων αὐτῇ* (vel *αὐτὸ*) *τὸ ξένον καὶ παράδοξον, ἔκ τε τούτων* cett. C. 84, l. 5 leg. *ποιεῖν*. C. 92, l. 5 leg. *ἀφ' ὧν* pro *ἐφ*. C. 159 legitur *τὴν μὲν Ἥλιου γε (κρήνην) νομιζομένην . . . γίνεσθαι θερμὴν . . . ἥ δ' ἄλλη διότι καταβαίνοντος μὲν ἡλίου πηγνύει* etc. Fortasse latet ἥ δ' ἄλλη *Διὸς* etc., de quo videndum.

Apollonius Dyscolus. Historia commentitia. Meursio auctore factum est, ut hic libellus inter tot Apollonios Dyscolo potissimum tribuatur. His autem ille ad hanc rem argumentis usus est: primum quod Phlegon Trallianus Apollonium »grammaticum« citat (etsi cap. 11 aequalem sibi dicere videtur), deinde quod Dyscolum Suidas *κατεψευσμένης ἱστορίας* librum scripsisse tradit. Quae quam levia sint, facile intelligitur: nam, ut illud omittamus, non legi in hoc libro, quae Phlegon tanquam Apollonii commemorat, primum in tanta Apolloniani nominis frequentia temerarium est de Dyscolo statim cogitare, ubi grammaticum Apollonium dici audias; deinde et oratio hujus libri, quae paene *βαρβαρίζοντος* est, et rerum dispositio tam illustri grammatico plane est indigna. Phlegonis adeo neque pura neque accurata dictio multum praestat Apollonianae quae in hoc libro cernitur; denique ipsum scriptionis argumentum non *κατεψευσμένης ἱστορίας*, sed, id quod cod. profitetur, *ἱστοριῶν θαυμασίων* locos monstrat. Quid enim *commentitii* in capp. 21, 22, 23, 35, 42, 43 et plurimis hujusmodi, in quibus ex Aristotele et Theophrasto res ad naturalem historiam pertinentes promuntur? an auctor haec pro commentitiis habuit,

quae saepe ἄξια ἐπιστάσεως vocat? Immo θανμόςια haec sunt vel παράδοξα, qui est tit. libri Antig. Caryst. (v. Fabric. Bibl. Gr. I, 22, 4), minime κατεψευσμένα. Sed ad singula descendamus. C. 5 init. leg. τοιαῦτά τινα, pro τοσ., ut cap. 3 pr. — C. 15. Οἱ (σκορπίοι) τοὺς μὲν ξένους παρατάξαντες, οὐ λίαν ἀδικοῦσι· τοὺς δὲ ἐπιχωρίους παρ' αὐτὰ ἀποκτείνουσιν. Leg. παρυντία. Paullo ante in verbis τῆς Καρίας deest ἐν Αὐτμῶ τ. K., quod adde ex Antig. Car. c. 18. — C. 17. Τὰ σύνεγγυς ἰστάμενα στρουθία. Fort. ἰπτάμενα, quod fort. etiam substituendum verbo ἐρισταμένη (ἐφιπτ.) μυῖα in cap. 8 extr. — C. 24, Quae hic narrantur, referenda esse videntur ad id hominum genus quod dicimus *Mori bianchi*: quorum proinde veteres in Europa vestigia invenisse credibile est. V. *Voltaire, Opere scelte, Londra (Venezia), 1760, t. 1, p. 113* (Opp. ed. Fr. Gall. a. 1756 t. 4, p. 326); *Robertson, Stor. d'Amer., Ven. 1817, t. 2, p. 125*; *Hist. de l'Acad. des sciences, an 1734, t. 1, p. 20—23* ed. Amstel. in 12. — C. 36. Στρέφουσι δὲ ἔξ αὐτοῦ καὶ ἐν λυχνία. Apparet ex seqq. leg. esse ἐλλύχνια. — C. 38. Lego: . . . εἶπεν (pro ἔστιν) ἐπὶ πᾶσιν τῶν ἐν Αἰβύῃ τι ἔθνος εἶναι, ὑπεράνω . . . (lacunam statuo), Συρτέων δὲ καὶ Καρχ. π. α. κείμενον. Non probo Meursii conj. — Capp. 48—49 male divisa ac proinde ab librario corrupta. Lege Ἄξια δ' ἔστιν ἐπιστάσεως ἃ (add.) Θεόφρ. ἐν τῷ π. ἐνθ. ἔξεῖπεν, vel potius Ἄξια δὲ ἐπιστ. . . . ἔξεῖπεν, deletis vocc. ἔστιν et τὰ εἰρημένα. Similis corruptio nimis aperta in capp. 50—51, ubi haud dubie legendum. Ἄξιον δὲ ἐπιστῆσαι πρᾶγμα Ἀριστοτέλης ἐν τ. φ. πρ. εἴρηκεν. — C. 49, l. 7 lege: Καθάπερ, φησὶν, Ἀριστόξενον λέγεται τὸν μουσικὸν καταστῆσαι (sanavisse) τὸν etc. Quae in medio sunt, expungenda censeo, ut ex alio loco seu deperdito capite huc perperam illata. — C. 50, l. 7, post σκευῶν, addenda verba πρὸ τοῦ δειλὴν γενέσθαι, seu μέχρι δειλῇ ἐγένετο, e loco Theophrasti ap.

Meurs. in nota. (Similis omissio fort. in fine praced. cap. post verba τὸ δὲ γινόμενον, nominis, ut videtur, quod *curatio* significabat.) Interjectis aliquibus sequitur: εἰ δέ ποτε καὶ πολεμικὸν σαλπίζειε τις, πολὺ χεῖρον πάσχειν μαχόμενον. Leg. *μαινόμενον*, et in seq. lin. *προάγων*, καὶ etc.

Phlegon Trallianus. De mirabilibus. Ed. Franz. Cap. 1. P. 6, l. 2 a fin. scribe *ξενωνος*. Διὰ δὲ τὸ γεγενέναι πλείονα χρόνον ἢ (add.) ὥς ἂν etc., *Sed quia longior temporis mora interposita fuit quam qua opus erat ad alterum nuntium perferendum*: siquidem perferri eum voluisset: nam alter hic nuntius vere missus non erat, mitti tamen pro tempore recto poterat. Deinde quae sequuntur verba ὅψε ποτε non ita capienda sunt, ut dicuntur ab Atticis ac probis scriptoribus, *tandem aliquando*, sed *sero* vertenda, ut ὅψε ποτε ἦκεν sit ὁστέρησεν. Sic Joseph. contra Ap. 1, t. 2, p. 444, l. 4: Ὅψε ποτε καὶ μόλις. — Ib. p. 8, ibi not. r. Scribe *δυσφορεῖν* τῇ νεανίσκῳ δὲ (pro καὶ, de qua confus. v. citatos a Schaefero ad H. Steph. Thes. ed. Paris. v. δὲ p. 929) τῷ ξένῳ etc. Nam ὁ νεανίσκος idem qui ὁ ξένος, ut ex tota narratione abunde apparet. Qui locus ni corrigatur, obscura erunt reliqua. — Ib. p. 10, l. 3. Καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἐδήλωσεν ὥς ἦκει. Lege ὥς εἶχεν. — Ib. p. 14, l. 11. Οὐ γὰρ ἄνευ θείας βουλῆσεως ἦλθον εἰς ταῦτα. Fort. ἐνταῦθα. — Ib. p. 20, l. 6. Ἴνα καὶ τῶν σωμάτων τινὰ τῶν ιστορούντων τὰ κατὰ μέρος ἐξαποστεῖλωσιν. Sunt *scripta aliqua* vel sua vel aliorum, in quibus quae supra narrata sunt, accuratius et κατὰ μέρος exponuntur. V. Toup. ad Longin. c. 9. Adde Cic. ad Att. II, 1. Phot. Bibl. cod. 77 de Eunapii historia chronica post Dexippum: τὸ δὲ λοιπὸν τῆς συγγραφῆς σῶμα. Eustathius in prooem. schol. ad Dionys. Perieg. de ipsa periegesi: Καὶ οὐδενὸς ὅλως ἀμειρεῖ τῶν πολλῶν ποιητικῶν καλῶν τὸ μικρὸν τῆς ποιήσεως σωμάτιον. Nihilominus Casaubonus ad Athen. lib. 5, c. 10, p. 360 sq. σώματα capit de servis ad

extorquendam veritatem missis. — C. 2, p. 26, ubi not *b*. Ante vel post verba τοὺς κυριεύοντας τῶν κατὰ γῆν deest verbum seu participium potius verbi quod *exorare, impetrare* vel ejusmodi aliquid significet. Nam κυριεύοντες τῶν κατὰ γῆν sunt *dii inferi*, ut infra p. 28, 11 οἱ κατὰ γῆν ὑπάρχοντες δεσπόται, quod mirum est fugisse interp. Fort. inserendum *πέλας*. — C. 3, p. 42, ante versus: τὰ μὲν οὖν ἐν μέτρῳ ῥηθέντα ὑπ' αὐτοῦ ἔτι ὄντων ἐν τῇ σκηνῇ cett. Immo ὄντος, Vide p. seq.: Ἀνειπὼν δὲ τοὺς στίχους τοῦτους, ὥρμησεν ἐκ τῆς σκηνῆς. — Ib. p. 44, l. 13. Διαβάντας ἐπὶ τῆς Εὐρώπης εἰς τὴν Ἀσίαν. Leg. ἀπό. — C. 5, p. 58, l. 4. Ποιήσιν αὐτὴν ὃ ἂν ἐθέλῃ. Leg. αὐτῇ. Error ortus e lin. prox. — C. 6, p. 60 extr. Πᾶσιν μὲν Θεραπείαν αὐτῇ προσφερόντων ἐν τῇ πόλει λατρῶν. Lege πᾶσαν μ. θ. α. προσφερόντων τῶν ἐν etc. Erratum ob praecedens πᾶσιν. — Ib. p. 62, l. 6 μετὰ δὲ χρόνον, i. e. *indi, a qualche tempo*, de tempore infinito. Alias Graeci elegantius χρόνῳ ὕστερον, sed Phlegon non omnino ἀττικώτατος, ut de Chronicis certe vel Olympiadibus ejus judicat Photius, et in scriptis quae aetatem tulerunt videmus ipsi. Ita etiam Eratosth. Catast. c. 33, Conon. Narr. 29 ap. Phot. — Capp. 13 seqq. Hoc caput et c. 14 integrum Apollonii narrationem referunt de terrae motu Asiano, de instauratione urbium, cett. Is autem haec ea tantum de causa memoravisse putandus est, ut ab illo terrae motu ad mirabilem rem de ossibus ea occasione detectis deveniret. Nam in instauratione civitatum, statuae dedicatione et cett. nihil profecto miri erat, quare aut ab Apollonio in κατεψευσμένη ἱστορίᾳ referretur aut a Phlegonte exscriberetur inter θανμάσια. Falsus enim haud dubie est Meursius in nota ad h. l. Quintodecimo autem cap., quocum omnino jungendum c. 16, Phlegon ad suam rem revertitur, defendens narrationem Apollonii: nam illud τῷ εἰρημένῳ de Apollonii dicto intelligendum. Rursus Apollonium inducit cap.

17: de eo enim necessario capi debet ὁ αὐτὸς, quod non satis advertit Meursius. — C. 17, l. 5 ἐφ' ἧς ἐπιγεγράφαι τὰδε. Leg. videtur ἐπιγεγράφθαι. — C. 19, l. 3. Τὸν παρ' αὐτοῖς τινὰ ἀναρξάγειν λόφον. Lege τῶν. — C. 25, l. 4. Τοῦ αὐτοκράτορος γενομένου. Deesse hic vel ὕστερον vel μετὰ ταῦτα vel ejusmodi aliquid, ex descriptione olympiadum ap. Meurs. in not. potest erui. Ejusd. fragm. *de Olymp*, p. 136 prope fin. ejusd. ed. Οἱ δὲ ἀποστάντες πάλιν τοὺς περὶ τὸν Λυκοῦργον ἡτοῦντο τοῦ λοιμοῦ παῦλαν καὶ ἁασίν τινα. Lege ἀποστειλάντες, ob praeced.: Στέλλονται δὲ εἰς Δελφοὺς χρῆσόμενοι etc.

Dio Cassius. Fugit editores, etiam Sturzium in *Spicilegio*, fragmentum hujus scriptoris ap. Ioannem Damascenum. De drac. et strigib. t. 1, p. 472, A, B ed. Leq.: Ὁ δὲ Δίων ὁ Ῥωμαῖος ὁ συγγραψάμενος περὶ τῆς βασιλείας καὶ περὶ τῆς δημοκρατίας Ῥώμης, καὶ διηγησάμενος περὶ τοῦ πολυθρυλλήτου πολέμου τοῦ Καρχηδονίου, λέγει ὅτι Ῥηγούλου τοῦ ὑπάτου Ῥώμης πολεμοῦντος τὴν Καρχηδόνα, ἐξαίφνης δράκων ἐρπύσας ἔξω τοῦ χαρ ακώματος τοῦ Ῥωμαίου στρατοῦ ἔκειτο, ὃν τῇ προστάζει αὐτοῦ ἔκτειναν οἱ Ῥωμαῖοι καὶ ἀποδείραντες αὐτόν, ἔστειλε τὴν δοράν αὐτοῦ τῇ συγκλήτῳ Ῥώμης· μέγα θαῦμα· καὶ παρὰ τῆς αὐτῆς μετρηθεῖσα συγκλήτον, ὥς αὐτὸς ὁ Δίων ἔλεγε, εὐρέθη ἔχουσα μῆκος ποδῶν ἑκατον εἴκοσι· πρὸς τὸ μῆκος αὐτοῦ ἦν καὶ τὸ πᾶχος.

Julianus. Orat. 7, p. 207, C: Ἡδύσματα ταῦτα παρὰ τῆς ποιητικῆς Μούσης ἐδρέψατο, καὶ παρέθηκε γε αὐτὸς τούτου χάριν, ὅπως μὴ σιλλογράφος τις, ἀλλὰ ποιητῆς νομισθεῖη. Lege αὐτοῦ τούτου χ.

Hyperides ap. Stob. Flor. 124, 36, p. 618, 9: Οὐ γὰρ θρήνων ἄξια πεπόνθασιν, ἀλλ' ἐπαινῶν μεγάλων πεποιήκασιν. Εἰ δὲ γήρους μὴ μετέσχον, ἀλλ' εὐδοξίαν ἀγῆρατον ἐπλήφασιν. Apparet leg. esse εἰ γὰρ.

Eryxias dialogus p. 76, l. 14 Boeckh.: Οὐδέν τι

μῦλλον ἀληθεῖς ἢ ψευδεῖς. Postrema verba, ἢ ψευδεῖς, a glossatore illata sunt.

Josephus. Contra Apion. 2, 31, p. 1278, l. 4 a fin. Oberth.: Ἐφ' ἣν δὴ τοῦτο μόνον τὸ καλὸν ἔργον καὶ φιλάνθρωπον etc. sine verbo, neque habet ἔφ' ἣν quo referatur. Lege Ἐπῆν, *incumbebat* Lacedaemoniis. — Ib. 34, prope fin.: Τοῖς δὲ εὐφημοτέροις τούτων (deorum) καὶ θύειν τὰς πόλεις ἔπεισαν. Vertunt *honestioribus*. Sed intellige deos malos et vide quae de εὐφημία Helladius in Chrestom. ap. Phot. p. 874 Hoesch.

Hesychius Miles. Res Cpol. init. (Meurs. Opp. t. 7, p. 303, l. 8 Lam.): Ἦ δὲ μὲν γὰρ etc. Omnino leg. Ἔδει μὲν etc.

Proclus ad Timaeum ap. Ruhnck. in Longino Weiskii p. LXXX, l. 12: Πολλὴν δὲ αὐτὸν (Platonem) ποιῶσθαι καὶ τῆς συνήθους προμήθειαν. Lege *συνθήκης*, ut e seqq. apparet. Alterum e praeced. lin. illatum.

Papyri Graeci R. Taurinensis Mus. Aeg. ed. Am. Peyron. Pars I. 1826. Pag. 24, l. ult. Περισυνκεχωρημένων vertitur *concessum*: sed simul inest notio praescriptionis, ne habitarent alibi. Non est otiosa praep. περὶ, id quod colligere aliquis possit ex editoris nota ad h. l. et p. 21, l. 10. — P. 26, l. 20 (p. 7 Pap.) *μηγοῦν καὶ* non est *sed tantum*, ut editor vertit et p. 169 explicat, sed *nedum*; deinde τὰς κτήσεις ἐπιφέρειν, *producere documenta possessionis vel domini*, ut p. 36, l. 2 et 42, l. 9 sq. (p. 9 Pap.). — P. 40, l. 34 verba τοῦ πρὸ τοῦ πρὸ ἡμῶν ἐπιστάτου vertuntur *praedecessoris nostri*: immo est *praefecti praedecessoris ejus praefecti qui ante nos fuit*. Neque enim credibile syllabas πρὸ τοῦ perperam hic esse repetitas (licet ejus erroris laud pauca in his papyris reperias exempla), cum p. 44, l. 23 eadem haec verba de eodem legantur sine ullius apicis differentia. — P. 44, l. 26 verba καὶ αὐτοῖς verte *nos igitur* etc. Pertinent enim haec cum seqq. omni-

bus ad εἵπαμεν, i. e. ad praefectum quique ei adsunt iudices, non ad Horum et ejus gregales Cholchytas. Praecedentem lineam, καὶ μὴ δὲν παρατεθειμένον συντετάχθαι μὴ ἀντιποιεῖσθαι, ita explico, ac si esset καὶ μὴ παρατεθ. συντ. τι, μὴ ἀντ., quumque in ea sententia Ptolemaei praefecti (de qua etiam p. 40, l. 33 — 35) non enuncietur, injunctum aliquid esse, ne Cholchytae hanc sibi domum vindicent. Συντάσσειν enim injungere est pro Graecitate ac more horum papyrorum, ut p. 28, l. 9: at ea significatione, quam statuit editor, convenire, non usquam me hoc in papyris invenire memini. — In nota p. 97, l. 10, καὶ χρηματιστάς καὶ τοὺς τοῦτων ὑπηρέτας ἐπέταξε κατὰ νόμους, verto per Nomos (νομούς), non «ex legibus,» quamquam hoc adversari video editoris sententiae de Chrematistis certo loco non addictis.

E grammaticis observationibus. Notandus infinitivi usus apud Theonem sophistam, in Progymnasm. 2, p. 56 ed. Basil. 1541: Παραφυλακτέον δὲ καὶ τὸ παραλλήλους τιθέναι τὰς πτώσεις ἐπὶ διαφόρων προσώπων· ἀμφίβολον γὰρ γίνεται τὸ ἐπὶ τίνα φέρεσθαι. Hoc plane est illud hodiernarum linguarum: *je ne sais que penser; yo no he que comer; io non veggo dove andare; I know not what to do*, et sexcenta hujusmodi. Similiter Lucianus qui fertur Philopatride prope fin.: Ἐδυσχέραινον γὰρ τί τοῖς τέκνοις καταλιπεῖν. Epicurus in Epist. ad Herodot. ap. Diog. Laert. X, 37: Ὅπως ἂν τὰ δοξαζόμενα ἢ ζητούμενα ἢ ἀπορούμενα ἔχωμεν εἰς ὃ ἀνάγοντες ἐπικρίνειν. Noster Fazio degli Uberti in poemate Dittamondo lib. 1, cap. 29, v. 18:

Che mi vendrei se fosse chi comprare, h. e. chi mi comperasse.

Singularis locutio habetur apud Photium, Bibl. cod. 242, p. 560 Hoesch., in excerptis ex Damascio de vita Isidori. Is, postquam dixerat, enharmonium musicae genus ab Asclepiodoto inveniri non potuisse, haec addit: Αἴτιον δὲ τῆς μὴ εὗρεσσεως τὸ κ. τ. λ., de la non-découverte. Quae lo-

quendi forma, sive Damascii est sive Photii, certe desciscientis erat Graecitatis, sed pulcherrima et majore usu et in scribendo et in loquendo dignissima. Sic Itali nostri, *noncuranza*, *non calc*, *non calere*; Francogalli *nonchalance*, *nonchaloir*; Angli *nonsense*, *nonsensical*, *nonage*: et hujusmodi alia, sed pauca.
